



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 294. De traditione Alberti familiae in Seidirimarcu.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

§. 294.

Tradidit albertus pro proximo suo milon unam familiam in *Scidiri-*
marcu (1)

guber-
nante
Corbe-
iam
Bouone.

§. 295.

Notum sit uniuersis p̄sens scriptum uifuris quod ego *Bertoldus* miles
dñs de *Lippia* cum fratre meo *Wernero* bona in *Wienchusen* et decimam
in *Dane* dñs meo *Thymoni* uenerabili abbati *Corbeien*. nec non et
uentui eidē a cui⁹ manu hec habui libere resignaui quam resignatio-
nē quia eam p̄ necessitate corporis in dēi dñi mei uenerabilis abbatis
p̄sentia facere non potui me fecisse p̄ p̄sentia recognosco que bona
sup̄ dēa *Arnoldus de Hauersforde* gr̄a dēi p̄posit⁹ sc̄imonialium in *Val-*
kenhagen sibi cum ip̄o collegio comparauit. Hui⁹ rei testes sunt. *Ber-*
told⁹ de Neze. *Herbold⁹ de Meingodesen* milites. *Volmar⁹ de Brun-*
swick. *Henric⁹ de Brunswik*. *Conrad⁹ Bisworm*. *Godfrid⁹ carnifex*.
Sifrid⁹ de Nouali. *Henric⁹ de Hauersforde* et alii quam plures. ut au-
tem reuolutio temporis hui⁹ facti obliuionē non inducat p̄sens scriptum
meo sigillo in p̄dictorum euidentiam roborauit. Datum anno dñi
M. CC. LXXIII.

Sigillum uide in
Tab. V. num. 5.

- (1) *Scidiri marcu* nomen accepisse a villa, adpellata *Scitira*, quam supra §. 3, in pa- De Sci-
go exstitisse *Huuetigo*, deprehendimus, res est probabilissima. Cum itaque ditimar-
Scitira uilla fuerit *Schier* olim, ad *Sualenbergicum* comitatum relata, iam uero cu,
ad iura dominorum comitum de *Lippia* pertinens, inde sequitur, *marcam Sci-*
diri in eadem regione fuisse. Videtur ibidem limes seu terminus constitui de-
bere pagorum *Auga*, *Nitbega* atque *Huuetigo*, et uerisimillime etiam pagi *Tili-*
tibi. In regione enim cis cōnobiū *Marienmunster* inuenimus *Tilidesen mar-*
cam. Fuisse autem circa castrum *Schier* litem pagi *Huuetigo*, conclusimus
præterea ex eo quod uicus *Holthusen*, qui non procul et tantum duo milliaria
a nostra *Corbeia* abest septentrionem uersus, et ad iura spectat nobilium domi-
norum de *Borg*, ad pagum referatur *Nitbega*, ut iam supra uidimus, et sequen-
tibus, e *MS*to productis, litteris comprobamus. En illas.

Notum sit omnibus fidelibus presentibus scilicet et futuris quod qui-
dam fidelis nomine *Hildelin* per consensum suę contētalif *ode* et iustif-
simi heredis *Arnaldi* unam aream et XL. iugera cum omnibus appendi-
ciis in pago *Nitberga* in uilla que dicitur *Holthusen* et *Arnaldus* dēus
cum consensu matris suę eiusdem *Ode* et predicti *Hildelini* unum litum
in pago *Almunga* in uilla que uocatur *Borghusen* cum sua uxore et filio
et cum omnibus eiusdem predii appendiciis ad dñm scē dēi genitricis
marie et scē kiliani martyris scēq. liboorii confessoris atq. pontificis pro
decimatione super uillam *Emiggarothun* acquirenda in proprium tradi-
dit quod uero *meinuercus* ep̄us pie perpendens predicto *Hildelino* et
suę contētalif et *Arnaldo* omnibusq. posteris ei⁹ eandem decimatio-
nem super uillam que *Emiggarothun* uocatur pro predicto predio per
suum aduocatum *Amelung* in proprium dedit. hec itaq. traditio III.
non. nouembris primum facta III. non. ianuarii in *Patherbrun* iterata
atq. confirmata est confedentibus ibidem archiep̄o *Hunfrido* et ep̄o *Si-*
bertho et *Hildiuuardo* atq. *Liuzone* ep̄is et astantibus *Fritherico* *Gerber-*
to *Thiaderico* comitibus *Brun* *Godebald* *Erp* *Rachaboda* *Ecbert* *Wiltzin*
Thiadic *Haold* *Offa* *Haold* *Godecalc* *Bennaka* *Folchard*.

Quo anno hæc data sit charta, quam olim quoque e manibus biblioepi *Pil-*
gers extorfimus, non constat. Interim in contextu ip̄so quædam insunt, quæ nos
indu-